Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Esdre: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

annorum erat ioachim cum regnare cepisset
et tribus mensibus et decem diebus regnavit in ierusalem · Fecitque
malum coram domino deo suo · Cum
que anni circulus volveretur misit na
buchodonosor rex · et adduxit eum in babylonem asportatis simul pre
ciosissimis vasis domus domini · Regem
vero constituit sedechiam patruum eius
super iudam et ierusalem · Viginti et unius anno
rum erat sedechias cum regnare cepisset · et
xi annis regnavit in ierusalem · Fecitque
malum in oculis domini dei sui · nec erubu
it faciem ieremie prophete loquentis ad se
ex ore domini · A rege quoque nabuchod
recessit qui adiuraverat eum per deum · Et
induravit cervicem suam et cor ut non re
verteretur ad dominum deum israel · Sed et universi
si principes sacerdotum et populus prevaricati
sunt inique iuxta universas abhominationes
gentium · et polluerunt domum domini quam
sanctificaverat sibi in ierusalem · Mittebat
autem dominus deus patrum suorum ad illos per ma
num nuntiorum suorum de nocte consurgens
et cottidie commonens eo quod parceret
populo et habitaculo suo · At illi subsa
nabant nuntios dei et parvipende

bant sermones eius · illudebantque
prophetis · donec ascenderet furor domini in populum
eius · et esset nulla curatio · Adduxit
enim super eos regem chaldeorum · et inter
fecit iuvenes eorum gladio in domo
sanctuarii · Non est misertus adolescen
tis et virginis et senis · nec decrepiti
quidem · sed omnes tradidit in manibus eius ·
Universaque vasa domus domini tam ma
iora quam minora et thesauros templi
et regis et principum · transtulit in baby
lonem · Incenderunt hostes domum
dei · destruxerunt murum ierusalem · univer
sas turres combusserunt · et quicquid
preciosum fuerat demoliti sunt · Siquis
evaserat gladium · ductus in baby
lonem servivit regi et filiis eius ·
donec imperaret rex persarum · et comple
retur sermo domini ex ore ieremie · et celebrar
et terra sabbata sua · Cunctis enim diebus
desolationis egit sabbatum · usque dum
complerentur lxx anni · Anno autem pri
mo cyri regis persarum ad complendum
sermonem domini quem locutus fuerat
per os ieremie · suscitavit dominus spiritum cyri
regis persarum qui iussit predicari in
universo regno suo · etiam per scripturam
dicens · Hec dicit cyrus rex persarum ·
Omnia regna terre dedit mihi dominus
deus celi · et ipse precepit mihi ut edificarem
domum ei in ierusalem que est in iudea · Quis
ex vobis est in omni populo eius · Sit dominus deus suus
cum eo · et ascendat.

Explicit secundus liber paralipo
menon ·

Incipit prologus sancti ie
ronimi presbiteri in librum esdre

Utrum diffici
lius sit fa
cere quod posci
tis an ne
gare nec
dum statui.
Nam neque
vobis aliquid
imperantibus abnuere sententie est et ma
gnitudo oneris impositi ita cervices
premit ut ante sub fasce ruendum sit quam
levandum. Accedunt ad hoc invidorum stu
dia qui omne quod scribimus reprehen
dendum putant et interdum contra se conscientia
repugnante publice lacerant quod
occulte legunt in tantum ut clamare
compellar et dicere: Domine libera animam me
am a labiis iniquis et a lingua dolo
sa. Tertius annus est quod semper scribitis
atque rescribitis ut Esdre librum et Hester vobis
de hebreo transferam quasi non habeatis
greca et latina volumina aut quic
quid illud est quod a nobis vertitur non sta
tim ab omnibus conspuendum sit. Frustra
autem ut ait quidam niti neque aliud
fatigando se nisi odium querere extre
me dementie est. Itaque obsecro vos
mi Domnion et Rogatiane karissimi
ut privata lectione contenti librum non
efferatis in publicum nec fastidiosis
ingeratis cibos vitetisque eorum super
cilium qui iudicare tantum de aliis et
ipsi facere nichil noverunt. Siqui autem fra
trum sunt quibus nostra non displicent
his tribuatis exemplar admonen
tes ut hebrea nomina quorum gran
dis in hoc volumine copia est disti
cte et per intervalla transcribant. Nichil
enim proficit emendasse libros nisi emen
datio librariorum diligentia conservetur.
Nec quemquam moveat quod unus a no
bis editus est liber nec apocriphorum tertii et
quarti libri sompniis delectetur quia
et apud hebreos Esdre Neemieque sermones
in unum volumen coartantur et que non habentur
apud illos nec de xxiiii senioribus sunt
procul abiicienda. Siquis autem vobis lxx
opposuerit interpretes quorum exempla
ria varietas ipsa lacerata et eversa
demonstrat nec potest utique verum asseri quod
diversum est. Mittite eum ad evangelia
in quibus multa ponuntur de veteri testa
mento que apud lxx interpretes non habentur
velut illud quoniam nazareus vocabitur
et ex egipto vocavi filium meum et vide
bunt in quem compunxerunt multaque
alia que latiori operi reservamus. Et que
rite ab eis ubi scripta sint. Cumque pro
ferre non potuerint vos legite de hiis
exemplaribus que nuper a nobis edita ma
ledicorum cottidie linguis confodiuntur.
Sed ut ad compendium veniam certe quod
illaturus sum consilium est. Edidi aliquid
quod non habetur in greco vel aliter habetur quam
a me versum est. Quid interpretem lani
ant? Interrogent hebreos et ipsis auc
toribus translationis mee vel accommo
dent fidem vel derogent. Porro aliud
est si clausis quod dicitur oculis mihi nolunt ma
ledicere et non imitantur grecorum studium
et benivolentiam qui post lxx translato
res iam Christi evangelio coruscante iudeos et
hebionitas legis veteris interpretes a
quilam videlicet et symachum et theodoti
onem et curiose legunt et per Origenis
laborem in exaplois ecclesiis dedicarunt

quanto magis latini grati esse debent qui exultantem cernunt greciam a se aliquid mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est et infinite difficultatis exemplaria posse habere omnia. Deinde etiam qui habuerint et hebrei sermonis ignari sunt magis errabunt ignorantes quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud grecos accidit ut interdum scripture sensum relinquens unicuilibet interpretum sequeretur errorem. Nos autem qui hebree lingue saltem parvam habemus scientiam et latinus nobis utcumque sermo non deest et de aliis magis possumus iudicare et ea que ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaque licet excetra sibilet victorque sinonis incendia iaciet numquam meum iuvante christo silebit eloquium. etiam precisa lingua balbutiet. Legant qui volunt qui nolunt abiciant. et ventilent apices litteras calumpnientur. magis vestra caritate provocabor ad studium quam illorum detractione et odio deterrebor. Explicit prologus. Incipit liber esdre.

I In anno primo cyri regis persarum ut impleretur verbum domini ex ore ieremie prophete suscitavit dominus spiritum cyri regis persarum. et traduxit vocem in universo regno suo. etiam per scripturam dicens. Hec dicit cyrus rex persarum. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi. et ipse precepit mihi ut edificarem templum ei in ierusalem que est in iudea. Quis est in vobis de universo populo eius. Sit deus illius cum ipso. ascendat ierusalem que est in iudea. et edificet domum domini dei israel. ipse est deus qui est in ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant. adiuvent eum viri de loco suo. in argento et auro et substantia et pecoribus. excepto quod voluntarie offerunt templo dei quod est in ierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda et beniamin. et sacerdotes et levite et omnis cuius suscitavit deus spiritum ut ascenderent ad edificandum templum domini quod erat in ierusalem. Universique qui erant in circuitu adiuverunt manus eorum vasis argenteis et aureis in substantia et iumentis in supellectili. exceptis his que sponte obtulerant. Rex quoque cyrus protulit vasa templi domini que tulerat nabuchodonosor de ierusalem et posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem ea cyrus rex persarum per manum mithridatis filii gazabar. et annumeravit ea sasabasar principi iude. Et hic est numerus eorum. Fiale aureе. xxx. fiale argentee mille. cultri. xxix. ciphi aurei. xxx. Sciphi argentei secundi. cccc. x. vasa aurea mille. Omnia vasa aurea et argentea v. milia et cccc. Universa tulit sasabasar cum his qui ascendebant de transmigratione babylonis in ierusalem.

II Hii sunt autem filii provincie qui ascenderunt de captivitate quos transtulerat nabuchodonosor rex babylonis in babylonem. et reversi sunt in ierusalem et iudeam. unusquisque in civitatem suam qui venerunt cum zorobabel. iosua. neemia. saraia. rahelaia. mardochai. belsan. mesphar. beguai. reum. baana. Numerus virorum populi israel. Filii phares. duo milia. c. lxx. duo. Filii area. dcc-